

Christian Ohm Theodorus Elerus

Disputatio Quinta De Publiciana In Rem Actione

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730620212>

Druck Freier  Zugang



DISPUTATIO QUINTA
DE
PUBLICIANA IN
REM ACTIONE.

Quam
D. O. M. A.

Consensu & autoritate Amplissimi Ictorum ordinis in celeberrima
Rostochiensium Academia

PRÆSIDE
Viro Clarissimo & Consultissimo
DN. CHRISTIANO OSM
J. U. D.

Publicè habebit

THEODORUS ELERUS
Rigà - Livonus.


In Auditorio majori ad diem 11. Julij.



I. D. 187. 42.

ROSTOCHII
Tempore Joachimi Pedani Anno M. DC. XII. 1612

R. U. - jur 1612 - Olms, Christianus/b



DISPUTATIO
DE PUBLICIANA IN REM
ACTIONE.

Thesis I.

Reposita vindicatione civili proprietarijs competente, Prætor etiam rationem habet eorum, qui proprietarijs sunt similes, ipsque dat vindicationem non minus quam proprietarijs.

II.

Cujus generis sunt bonæfidei possessores, quibus amissa possessione ante completam usucapionem datur Publiciana in rem actio à Publicio Prætoře primo in Edicto proposita. *S. Namq; Inst. d. Action.*

III.

Nam si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerat & nec dum ejus rei dominus effectus erat: si ejus rei possessionem casu amiserat, nullam habebat in rem directam actionem ad eam persequendam: quippe ita proditæ sunt jure civili actiones ut quis dominium suum vindicet. *d. S. Namq;.*

IV.

Sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem inuenta est à Prætoře actio, in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse quam usu non cepit, & ita vindicat suam esse, quæ actio publiciana appellatur. *d. S. Namq;.*

V.

Et est Prætorica vindicatio, quæ amissa possessione da-

tur ei, qui à non domino rem traditam ex justa causa acqui-
rendi dominij bona fide accepit, nec dum usucepit vel lon-
go tempore acquisivit. *Cujac: in parat. ff. h. t.*

V I.

Edictum Prætoris Ulpianus refert hoc: si quis id, quod
traditur, ex justa causa non à domino, & nondum usuca-
ptum petet: judicium dabo. *l. i. in pr. ff. h. t.*

V II.

Merito Prætor ait, nondum usucaptum: Nam, si usu-
captum est habet civilem actionem nec desiderat honora-
riam. *d. l. l. §. i. ff. h. t.*

V III.

Competit hæc actio ei, qui bona fide ex justo & trans-
lativo dominij titulo, puta emptione, donatione, dote, per-
mutatione, legato, judicato, vel quo simili, possessionem
nactus, rem amisit. *l. i. §. 2. l. 2. cum sequent. ff. h. t. l. sed
et si 7. §. ii. ff. eod.*

I X.

Unde apparet, quibusdam nec ex justa possessione
competere Publicianum judicium: Namque pignoratitiæ
& præcariæ possessiones iustæ sunt, sed ex his non solet
competere tale judicium; illa scilicet ratione, quia neque
creditor, neque is qui præcario rogavit eo animo nanci-
scitur possessionem ut credat se dominum esse. *l. qua-
cumq; 13. §. i. ff. h. t.*

X.

Sane non omnis emptio proderit, sed ea, quæ bonam
fidem habet, proinde hoc sufficit me bonæ fidei emptorem
fuisse, quamvis non à domino emerim licet ille callido con-
silio vendiderit, neque enim dolus venditoris mihi noc-
bit, cum bonam fidem solius emptoris hæc actio conti-
neat. *l. sed et si 7. §. ii. & §. 15. ff. h. t.*

Et qui-

XI.

Et quidem in emptione venditione bona fides & contractus & traditionis tempore requiritur. *d. l. sed etsi 7. §. penult. & ult. ff. h. t.*

XII.

Sive autem traditio sequatur sive præcedat emptionem, ut si quis rem apud se depositam vel sibi commodatam vel pignori datam emerit, hæc actio competit. *l. si ve autem 9. §. 1. & 2. ff. h. t.*

XIII.

De pretio soluto nihil exprimitur: unde potest conjectura capi, quasi nec sententia prætoris ea sit, ut requiratur an solutum sit pretium. *l. d. pretio 8. ff. h. t.*

XIV.

Si duobus quis separatim vendiderit bona fide ementibus: videamus quis magis publiciana uti possit: utrum is cui priori res tradita est, an is qui tantum emit. Et Julianus libro septimo Digestorum scripsit, ut siquidem ab eodem non domino emerint, potior sit cui priori res tradita est; quod si à diversis non dominis, melior causa sit possidentis, quam petentis, quæ sententia vera est. *d. l. si ve autem 9. §. 4. ff. h. t.*

XV.

Porrò hæc actio & ei competit, qui servum ex causa noxali, quia non defendebatur, jussu prætoris duxerit & amiserit possessionem. *l. item si 6. ff. h. t.*

XVI.

Eum qui à furioso ignorans eum furere emit, publicianam habere, Marcellus libro septimo decimo Digestorum scribit. *l. sed etsi 7. §. 2. ff. h. t.*

XVII.

Æque si à minore quis emerit ignorans eum minorem esse, habet publicianam. *d. l. sed etsi 9. §. 4.* Quod

XIIX.

Quod si ego non emero sed servus meus, habebo Publicianam. Idem est etsi procurator meus vel tutor vel curator vel quis alius negotium meum gerens emerit. *d. l. sed etsi §. 10. ff. h. t.*

XIX.

Sed si ego emi & mea voluntate alij res sit tradita, Imperator Severus rescriptit publicianam illi dandam. *l. si ego 11. in pr. ff. h. t.*

XX.

Quin & is qui momento possedit recte hac actione experitur ita tamen ut rei proprietates magis quam possessio petatur. Publiciana enim actio ad instar proprietatis, non ad instar possessionis respicit. *l. cum sponsus 12. §. fin. ff. h. t. l. sed etsi 7. §. 6. ff. eod.*

XXI.

Si petenti mihi rem jusjurandum detuleris, egoque juravero rem meam esse, competit publiciana mihi sed adversus te duntaxat, ei enim soli nocere debet jusjurandum qui detulit. *l. sed etsi 7. §. 7. ff. h. t.*

XXII.

Denique hæc actio & hæredi, & honorarijs successoribus competit. *d. l. 7. §. 9. ff. h. t.*

XXIII.

Datur hæc actio adversus eos qui possident, non tamen contra titulo & bona fide possidentes multo minus contra dominum, exceptis quibusdam casibus. *l. si ve autem 9. §. 4. ff. h. t. l. penult. & ult. ff. eod. l. si à Titio 72. ff. d. Rei vind. l. §. generaliter 28. ff. de Noxal. Act.*

XXIV.

Adversus possidentem pro herede publicianam competere verius videtur. *Schneid. ad §. sed isto. n. 2. Inst. d. Act. Veni-*

XXV.

Veniunt in hanc actionem res mobiles & immobiles, corporales & incorporales, in his vero quæ usucapi non possunt puta, furtivis vel in servo fugitivo, hæc actio locum non habet. *l. si ego ii. §. 1. ff. h. t. l. si ve autem §. 1. ff. h. t.*

XXVI.

Partus ancillæ furtivæ si apud bonæ fidei possessorem conceptus & editus sit hac actione peti potest. *d. l. si ego ii. §. 2. & sequent. ff. h. t.*

XXVII.

Pomponius ait ædibus emptis si fuerint dirutæ ea quæ ædificio accesserunt hac actione petenda. *d. l. si ego ii. §. idem ait ff. h. t.*

XXIX.

Quod tamen per alluvionem fundo accessit simile fit ei cui accedit & ideo si ipse fundus Publiciana peti non potest, non hoc peteretur, si autem potest & ad partem quæ per alluvionem accessit & ita Pomponius scribit. *d. l. si ego §. 7. ff. h. t.*

XXIX.

Idem adijcit etsi statuæ emptæ partes recisæ petantur, similem actionem proficere. *d. l. si ego §. 8. ff. h. t.*

XXX.

Idem scribit si aream emero & insulam in ea ædificavero, rectè me publiciana usurum, item inquit si insulam emi & ad aream ea pervenit æque potero uti publiciana.

XXXI.

Præterea & is qui pro parte rem petere vult hac actione experiri potest. *l. cum sponsus 12. §. 6. ff. h. t.*

XXXII.

Quod si res talis sit, ut eam lex aut constitutio alienari prohibe-

prohibeat, eo casu publiciana non competit, quia his casibus neminem Prætor tuetur, ne contra leges faciat, *d. l. cum sponsus 12. §. 4. ff. h. t.*

XXXIII.

Judicium Prætor hic ferè dat eodem modo, quo in rei vindicatione, nam ut in ea probato actoris dominio iudex rem illi officio suo restitui jubet: ita hic probato justo agentis titulo & bona fide ac traditione subsecuta res ei tanquam domino restituitur. *l. sed etsi 7. §. 8. ff. h. t.*

XXXIV.

Exceptionem justî domini Publicianæ obijci, Paulus notat. *l. penult. ff. h. t.*

XXXV.

Publiciana enim actio non ideo comparata est, ut res domino auferatur, sed ut is qui bona fide emit, possessionemque ejus ex ea causa nactus est, potius rem habeat. *l. ult. ff. h. t.*



XXV.

Veniunt in hanc actionem res m corporales & incorporales, in his ve possunt puta, furtivis vel in seruo fug cum non habet. l. si ego 11. §. 1. ff. §. 5. ff. h. t.

XXVI.

Partus ancillae furtivae si apud bo conceptus & editus sit hac actione p 11. §. 2. & sequent. ff. h. t.

XXVII.

Pomponius ait aedibus emptis si fu aedificio accesserunt hac actione peten idem ait ff. h. t.

XXIIIX.

Quod tamen per alluvionem fun ei cui accedit & ideo si ipse fundus Pub test, non hoc petetur, si autem potest & alluvionem accessit & ita Pomponius 7. ff. h. t.

XXIX.

Idem adijcit etsi statuae emptae tur, similem actionem proficere, d. XXX.

XXX.

Idem scribit si aream emero & in vero, recte me publiciana usurum, it emi & ad aream ea pervenit aequa po XXXI.

XXXI.

Præterea & is qui pro parte rem p ne experiri potest. l. cum Sponsus 12. §. XXXII.

XXXII.

Quod si res talis sit, ut eam lex au

mobiles, capi non actio lo- autem.

efforem l. si ego

ea quæ ego 11. §.

simile fit non po- quæ per si ego §.

petan- ff. h. t.

aedifica- insulam publiciana.

ac actio-

alienari prohi-

